



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 47. Iterata Comitis petitio de tollendis hisce verbis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

**Sæcul. XVI.** fuisse clausulam, qua Conciliis deinceps  
**A. C. 1563.** celebrandis gravissimum sane detrimentum inferri posset: cum enim Regi ostensum fuisset Legatorum scriptum, neutrum ex eorum consiliis ipsi placuit; nam nec probabat promissam eorum declarationem, quam in fine Synodi addere pollicebantur, cum fieri posset, ut aliqua fieret mutatio, ob quam hæc promissa dilucidatio in oblivionem veniret, atque ea clausula intacta remaneret: nec etiam Regi satisfecit alterum confilium, quod Moronus Cardinalis cum Cæsare iniisse dicitur, eratque illud, ut Oratoribus, prius petita a Legatis proponendi facultate, et si hi recusarent, liceret tamen suas semper res proponere: nam præterquam quod hac ratione Patrum libertas imminueretur, insuper ejusmodi petitiones, ac concessiones aliunde potius ad res prorogandas, atque ad nova obstacula excitanda conferrent.

### §. XLVII.

*Iterata Comitis petitio de tollendis hisce verbis.*

**Pallav. n. 2.** His addebat Comes, quod re ita per pensa Rex ejus Dominus denuo præcepisset, ut controversam hanc clausulam tolli, & claram declarationem fieri peteret, id vero si Patres renuerent,

rent, solemini ritu suam oppositionem Sæcul. XVI.  
interponeret: Verum hæc Regis iussa A.C. 1563.  
successu caruere, nam Comes quidem  
declarationem a suo Principe exopta-  
tam petebat, atque a Legatis sæpius  
etiam importune responsum exigebat,  
imo hac super re frequentes ultro, ci-  
troque mittebantur literæ, crebraque  
habebantur consilia, nihilominus una  
ex parte Legati cedere renuebant, Co-  
mes vero altera ex parte vanas de sua  
oppositione minas jactitabat.

§. XLVIII.

*Congregationes circa viginti, &  
unum articulos.*

Die sexta Septembris Legati illos vi-  
ginti, & unum articulos de refor- Sarp. p. 733.  
matione proponentes declarabant, quod Pallav. l. 23.  
altera die Congregationibus initium l. 3. n. 1. 5.  
daretur: porro hi Patrum conventus ob- & 6.  
sententiarum diversitatem minus seda-  
ti erant, ac præprimis Lotharingius  
Cardinalis singulos hosce articulos or-  
dine suo percurrens circa primum de  
electione Episcoporum petiit, ut ibi, ubi  
dicebatur, dignos esse eligendos, ponere-  
tur *digniores*, ac proin decideretur, quod  
electio nonnisi de dignioribus fieret:  
cum vero in hoc articulo additum esset,  
cuncta gratis esse expedienda, Lotha-  
ringius affirmavit, auferenda non esse  
*Hist. Eccles. Tom. XLVI.* M m emo-